

VERS. 33. — POST VERBA HAC NON EST AVER-SUS JEROBOAM DE VIA SUA PESSIMA (1). Satis hec videbantur gravia, ut Jeroboam à priori consilio atque perfidiā dederent; sed sanè ea est apud malè institutos aut constitutos animos ambitionis potentia, ut prosternat omnia, et rebus naturā fortissimis fortitudinem adimat. Pugnabat in Jeroboami animo regnandi libido cum Dei minaci vaticinio, cum metu mortis, cum aliis denique, quæ natura hominis horret et damnat: at sicut illa telum esset futile et plumbeum, neque graviores petitiones habent, quæ inanes stipulae, sic ab ambitionis injustâ potentia superata sunt. Quomodò quidam putaverint, neque fortasse malè, titubantem Jeroboami animum à malo hoc prophétâ propter privata commoda in suâ perfidiâ con-

que, Samariam ab Amri conditam fuisse, quinquaginta annis post Jeroboamum, cùm ejus urbis conditum ipse litteris mandaverit; se tamen ad captum præsentium lectorum accommodavit. Eodem fortè consilio scribit, ariolum è Bethel venisse de Samariâ, quanquam nulla adhuc hujus nominis erat urbs, saltem nota et celebris. Hic igitur vel è Sichem moverat, ubi tunc agebat Jeroboam, vel contulerat se in Bethel, jussu eisdem principis, cuius deinde successores appellationem regum Samariæ adoptarunt.

(1) Après ces choses, Jéroboam ne revint point du dérèglement de sa voie toute corrompue, etc. La conduite si différente que Dieu tint sur ce roi impie et sur Addo, son prophète, mérite bien d'être un peu pesée. Ce dernier tombe dans une faute de surprise où l'engage l'imposture d'un autre prophète. Et Dieu l'en punit aussitôt après, en lui envoyant un lion qui le tue dans le chemin. Le premier, au contraire, commet volontairement, et *après y avoir beaucoup pensé*, le plus grand de tous les crimes, en établissant l'idolâtrie dans le milieu d'Israël, parle principé d'un pur intérêt, et dans une vue toute politique. Et Dieu ne se hâte point de le punir, le laissant mourir en apparence du fruit de son impiété. Il échappe ainsi assez ordinairement dès ici-bas par des peines temporelles les fautes de ses serviteurs, et il semble pardonner en cette vie aux plus grands pécheurs, purifiant les uns par ces châtiments passagers, pour les rendre dignes de son héritage, et n'épargnant pour un temps les autres, qu'afin de les réserver à des peines infinies, comme des victimes, dit un ancien, que l'on engrasse pour être immolées éternellement à sa justice. Qu'heureuses donc sont ces salutaires corrections de la main miséricordieuse du Seigneur, qui n'assure jamais davantage, dit saint Grégoire, le salut de ses élus, que lorsqu'il semble les abandonner en les frappant! *Unumquemque electum suum tunc magis erudiendo custodit, cum quasi percutiens deserit.* Mais que terrible, au contraire, est cette indulgence apparente d'un Dieu irrité, qui n'épargne les impies durant quelque temps, que pour les punir éternellement!

(Sacy.)

firmatum, diximus paulò ante, et notavit aperte Josephus lib. 8, c. 5. Cùm enim longam orationem apud regem habitam retulisset, et quomodò nugator esset potius quæ propheta ille, quem magni alienus sceleris reum occidisset leo, tandem addit: « His dictis, regi persuasit, et mentem ejus à Deo, et justis ac piis operibus in totum aversam in extremam impietatem præcipitavit. »

QUICUMQUE VOLEBAT IMPLEBAT MANUM SUAM ET FIEBAT SACERDOS EXCELSORUM. Tam longè aberat Jeroboamus, ut ad meliorem mentem et frugem rediret, ut magis se ad omnem impietatem projiceret. Quare ex novissimis, id est, ex plebis fæcē sacerdotes excelsorum constituit: imò et permisit, ut quicunque vellet, sacerdos fieret; neque opus erat, ut aliis initiatus fieret sacerdos, sed suā quisque auctoritate ad sacram illud, imò et immane ac execrandum ministerium reddebat idoneus, quisque sibi suam manum implebat, neque ab alio expectabat legitimam sacrificandi potestatem.

Quid sit, *implere manum*, et quomodò significet consecrare aliquem, et idoneum facere sacerdotali atque sacrificiali ministerio, diximus in nostris Commentariis super Ezechielem susè, ad illud c. 43, v. 26: *Et implebunt manum*, etc. Qui dicendi modus in Scripturâ sacra frequens est, ut ibi ostendimus. Exod. 28, v. 41, et c. 29, v. 9, et v. 35, ubi Vulgatus legit, *initiare*, aut, *consecrare manus*, Hebr. est *mate iad*, id est, implere manum, neque ab Hebraico idiomate abstinuit Vulgatus. Nam Iudic. 17, v. 5, et v. 12, hæc eadem verba ad significandam consecrationem adhibuit. Et clariū Ezechias lib. 2 Par. c. 29, v. 31, ubi sic ad sacerdotes: *Impléstis manus vestras*; *Dominino accedite, et offerte victimas*. Quæ dicendi forma etiam rebus accommodatur inanimatis, quæ ad divinum cultum consecrantur, ut de altari consecrato dixit Ezechiel loco proximè citato. Ratio nominis obscura est. Cajetanus in c. 17 Jud. ignorare se dicit: duas tamen invenit ex sacerdotum consecratione et ministratio desumptas. Altera est, quia in consecratione manus illinuntur oleo; altera, quia manu capiunt aut victimas, aut libamenta; utroque modo manus plenævidentur dici posse. Idem Abulensis q. 41. Ego aliam rationem putabam non ineptam, cùm viderem, quæ perfectæ sunt, appellari interdùm plena, idque non infrequenter, quia consecratæ manus perfectæ sunt novo dignitatis auctoramento, idèo in consecratione impletas manus appellari pu-

tabam. Plura de hac re in nostris Commentariis in Ezechielem, quæ tu vide. (1)

(1) VERS. 34. — ET PROPTER HANC CAUSAM PEC-CAVIT DOMUS JEROBOAM, peccatum grande idololatriæ, quia scilicet vitulos aureos erexit, ad eosque adorandos compulit totum populum, ET (idcirco) EVERSA EST ET DELETA DE SUPERFICIE TERRE, quasi de terrâ funditus abrasa, ut nemo ex eâ remaneret superstes, uti patet cap. seq. vers. 10.

Nota hinc veram causam interitus et excidii

## CAPUT XIV.

1. In tempore illo ægrotavit Abia filius Jeroboam.

2. Dixitque Jeroboam uxori suæ: Surge, et commuta habitum ne cognoscaris quod sis uxor Jeroboam; et vade in Silo, ubi est Ahias propheta, qui locutus est mihi quod regnaturus essem super populum hunc.

3. Tolle quoque in manu tuâ decem panes et crustulam et vas mellis, et vade ad illum: ipse enim indicabit tibi quid eventurum sit pueru huic.

4. Fecit ut dixerat uxor Jeroboam, et consurgens abiit in Silo, et venit in domum Ahias. At ille non poterat videre, quia caligaverant oculi ejus præ senectute.

5. Dixit autem Dominus ad Ahiam: Ecce uxor Jeroboam ingreditur ut consulat te super filio suo qui ægrotat; hæc et hæc loqueris ei. Cùm ergo illa intraret et dissimularet se esse quæ erat,

6. Audivit Ahias sonitum pedum ejus introeuntis per ostium, et ait: Ingredere, uxor Jeroboam; quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nuntius.

7. Vade, et dic Jeroboam: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quia exaltavi te de medio populi, et dedi te ducem super populum meum Israel.

8. Et scidi regnum domus David, et dedi illud tibi, et non fuisti sicut servus meus David, qui custodivit mandata mea et secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo;

9. Sed operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatiles, ut me ad iracundiam

familiarum etiā régaliū, qualis fuit Jeroboam, esse idolatriam, hæresim et scelera cætera ex eâ consequentia, idque toto hoc libro, et quarto sequenti, per exempla omnium regum Israël, qui Jeroboam in idolatriâ vitulorum æquæ ac in regno secuti sunt, ostenditur. Ubi mira eorum cæcitas liquet, quod cùm audiret hasce Dei minas, ac reipsa eas in Jeroboam cæterisque antecessoribus suis impleri viderent, ipsi tamen quasi dementati, eorum idolatriam secuti sint, idèoque ipsi patiter cum suis familiis à Deo excisi sint.

(Corn. à Lap.)

## CHAPITRE XIV.

1. En ce temps-là Abia, fils de Jéroboam, tomba malade;

2. Et Jéroboam dit à sa femme: Levez-vous; changez d'habits, et qu'on ne connaisse point que vous êtes femme de Jéroboam: Allez à Silo, où est le prophète Ahias, qui m'a prédit que je régnerais sur ce peuple.

3. Prenez avec vous dix pains, un tourteau, et un vase plein de miel, et allez vers lui; car il vous fera connaître ce qui doit arriver à cet enfant.

4. La femme de Jéroboam fit ce qu'il lui avait dit. Elle s'en alla à Silo, et vint en la maison d'Ahias, qui ne pouvait plus voir, parce que ses yeux s'étaient obscurcis à cause de son grand âge.

5. Le Seigneur dit donc à Ahias: Voici la femme de Jéroboam qui vient vous consulter sur son fils qui est malade; vous lui direz telle et telle chose. Comme la femme de Jéroboam entrait et dissimulait qui elle était,

6. Ahias, à son arrivée, entendit le bruit qu'elle fit en marchant, et il lui dit: Entrez, femme de Jéroboam; pourquoi feignez-vous d'être une autre que vous n'êtes? Je dois vous annoncer une mauvaise nouvelle.

7. Allez, et dites à Jéroboam: Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël: Je vous ai élevé du milieu des Israélites, et je vous ai établi chef de mon peuple d'Israël;

8. J'ai divisé le royaume de la maison de David, et vous l'ai donné; et vous n'avez point été comme mon serviteur David, qui a gardé mes commandements, et qui m'a suivi de tout son cœur en faisant ce qui m'était agréable;

9. Mais vous avez commis plus de mal que tous ceux qui ont été avant vous, et vous vous êtes fait des dieux étrangers et jetés en fonte pour irriter ma colère, et vous m'avez rejeté derrière vous.

provocares, me autem projecisti post corpus tuum :

10. Idcirco ecce ego inducam mala super dominum Jeroboam, et percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, et clausum et novissimum in Israel; et mundabo reliquias domus Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum.

11. Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes : qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves cœli, quia Dominus locutus est.

12. Tu igitur surge, et vade in domum tuam ; et in ipso introitu pedum tuorum in urbem morietur puer.

13. Et planget eum omnis Israel, et sepiet ; iste enim solus inferetur de Jeroboam in sepulcrum, quia inventus est super eo sermo bonus à Domino Deo Israel, in domo Jeroboam.

14. Constituit autem sibi Dominus regem super Israel, qui percutiet domum Jeroboam in hæc die et in hoc tempore ;

15. Et percutiet Dominus Deus Israel sicut moveri solet arundo in aquâ, et elevet Israel de terrâ bona hæc quam dedit patribus eorum, et ventilabit eos trans flumen, quia fecerunt sibi lucos ut irritarent Dominum ;

16. Et tradet Dominus Israel propter peccata Jeroboam, qui peccavit et peccare fecit Israel.

17. Surrexit itaque uxor Jeroboam, et abiit, et venit in Thersa, cùmque illa ingredieretur limen domus, puer mortuus est.

18. Et sepelierunt eum, et planxit eum omnis Israel, juxta sermonem Domini quem locutus est in manu servi sui Ahiæ prophetæ.

19. Reliqua autem verborum Jeroboam, quomodò pugnaverit et quomodò regnaverit, ecce scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel.

20. Dies autem quibus regnavit Jeroboam viginti duo anni sunt, et dormivit eum patribus suis. Regnavitque Nadab filius ejus pro eo.

21. Porro Roboam filius Salomonis re-

10. C'est pourquoi voilà que j'accablerai de maux la maison de Jéroboam ; et je ferai mourir dans la maison de Jéroboam jusqu'aux animaux, jusqu'à celui que l'on conservait précieusement, et jusqu'au dernier de sa famille qui se trouvera dans Israël, et je nettoierai tous les restes de la maison de Jéroboam, comme on a coutume de nettoyer le fumier jusqu'à ce qu'il n'en reste plus.

11. Ceux de la maison de Jéroboam qui mourront dans la ville seront mangés par les chiens, et ceux qui mourront à la campagne seront mangés par les oiseaux du ciel, car le Seigneur a parlé.

12. Allez-vous-en donc, et retournez en votre maison ; et au moment où vous mettrez le pied dans la ville, l'enfant mourra.

13. Et tout Israël le pleurera et l'ensevelira ; c'est le seul de la maison de Jéroboam qui sera mis dans le tombeau, parce que le Seigneur Dieu d'Israël a trouvé quelque chose de bon en lui seul dans la maison de Jéroboam.

14. Et déjà le Seigneur s'est établi un roi sur Israël qui ruinera la maison de Jéroboam en ce jour et en ce temps.

15. Le Seigneur Dieu frappera Israël comme le roseau qu'agit l'eau ; et il arrachera Israël de cette terre si excellente qu'il a donnée à leurs pères, et il les dispersera au-delà du fleuve de l'Euphrate, parce qu'ils se sont fait de grands bois pour irriter le Seigneur contre eux.

16. Et le Seigneur livrera en proie Israël à cause des péchés de Jéroboam, qui a péché et qui a fait pécher Israël.

17. La femme de Jéroboam s'en retourna donc, et vint à Thersa, où Jéroboam faisait sa résidence ; et lorsqu'elle mettait le pied sur le seuil de sa maison, l'enfant mourut.

18. Il fut enseveli ensuite, et tout Israël le pleura, selon que le Seigneur l'avait prédit par le prophète Ahiâ, son serviteur.

19. Le reste des actions de Jéroboam, ses combats et la manière dont il régna, sont écrits dans le livre des Annales des rois d'Israël.

20. Le temps du règne de Jéroboam fut de vingt-deux ans. Il s'endormit ensuite avec ses pères ; et Nadab, son fils, régna en sa place.

21. Cependant Roboam, fils de Salomon, régnait sur Juda. Il avait quarante-un ans

gnavit in Juda. Quadraginta et unius anni erat Roboam cum regnare coepisset; decem et septem annos regnavit in Jerusalem civitate, quam elegit Dominus ut poseret nomen suum ibi ex omnibus tribus Israël. Nomen autem matris ejus Naama, Ammonitis.

22. Et fecit Judas malum coram Domino, et irritaverunt eum super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis suis quæ peccaverunt ;

23. Edificaverunt enim et ipsi sibi aras et statuas et lucos super omnem collum excelsum et subter omnem arborem frondosam.

24. Sed et effeminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium quas attrivit Dominus ante faciem filiorum Israel.

25. In quinto autem anno regni Roboam, ascendit Sesac rex Ægypti in Jerusalem.

26. Et tulit thesauros domus Domini et thesauros regios, et universa diripuit, scuta quoque aurea quæ fecerat Salomon.

27. Pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, et tradidit ea in manum ducum scutariorum et eorum qui excubabant ante ostium domus regis.

28. Cumque ingredieretur rex in domum Domini, portabant ea qui præundi habebant officium, et postea reportabant ad armamentarium scutariorum.

29. Reliqua autem sermonum Roboam et omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda.

30. Fuitque bellum inter Roboam et Jéroboam cunctis diebus.

31. Dormivitque Roboam cum patribus suis, et sepultus est cum eis in Civitate David. Nomen autem matris ejus Naama, Ammonitis. Et regnavit Abiam filius ejus pro eo.

COMMENTARIUM.  
VERS. 1.— IN TEMPORE ILLO ÆGROTAVIT ABIA FILIUS JEROBOAM (1). Quot tempore morbus hic acci-

(1) In codicibus Septuaginta hæc historia non legitur hoc loco, supplevitque interpres ex Theodotione, seu ex veteri alio Græco interprete. Sed post ea verba : Non ascendetis,

## COMMENTARIUM.

derit, incertum : nam accidisse tunc, cum hæc quæ proximè dicta sunt de prophetâ à leone

neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Revertatur vir in dominum suum; à me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, et reversi sunt de itinere sicut eis præcepérat Do-

lorsqu'il commença de régner, et il régna dix-sept ans en la ville de Jérusalem, que le Seigneur avait choisie dans toutes les tribus d'Israël pour y établir son nom. Sa mère s'appelait Naama ; elle était Ammonite.

22. Et Juda, à son exemple, fit le mal devant le Seigneur ; et ils l'irritèrent par les péchés qu'ils commirent, plus que leurs pères ne l'avaient irrité par tous leurs crimes ;

23. Car ils se construisirent aussi des autels, et se firent des statues et des bois profanes sur toutes les collines élevées et sous tous les arbres touffus.

24. Il y eut aussi dans leur pays des efféminés ; et ils commirent toutes les abominations de ces peuples que le Seigneur avait détruits à la vue des enfants d'Israël.

25. Aussi, dès la cinquième année du règne de Roboam, Sésac, roi d'Egypte, vint à Jérusalem, qui lui ouvrit ses portes.

26. Et il enleva les trésors de la maison du Seigneur et les trésors du roi, et pilla tout : il prit aussi les boucliers d'or que Salomon avait faits,

27. En la place desquels le roi en fit faire d'airain ; et les mit entre les mains de ceux qui avaient soin des boucliers et de ceux qui veillaient à la porte de la maison du roi.

28. Et lorsque le roi entrait dans la maison du Seigneur, ceux qui devaient marcher devant lui portaient ces boucliers, et les repartaient ensuite au lieu destiné à garder les armes.

29. Le reste des actions de Roboam et tout ce qu'il a fait est écrit dans le livre des Annales des rois de Juda.

30. Et il y eut toujours inimiti et souvent guerre ouverte entre Roboam et Jéroboam.

31. Et Roboam s'endormit avec ses pères ; et il fut enseveli avec eux dans la ville de David. Sa mère, qui était Ammonite, s'appelait Naama. Et Abiam, son fils, régna en sa place.

perempto, durum videtur, neque illud, *in tempore illo*, quod idem videtur tempus designare, admodum illi cogitationi favet. Certum est enim, ut pluribus ostendimus in nostris *Commentariis*; post verba, inquam, haec, deducta ex capite 12, 24, editio Graeca Romana longam additionem inserit, è variis collectam rebus passim per Scripturam sparsis, novis quibusdam adjectis, alibi non legendis. Damus hinc totum hoc additamentum, Italicis characteribus indicantes ea, quæ non nisi in Graeco reperias: « Rex Salomon dormivit cum patria suis, et regnauit Roboam filius ejus pro eo, *cum filius esset sex et decem annorum*, *cum regnum ipse adivit*; et *dauodec annis regnauit in Jerusalem*, et nomen matris ejus *Naanan*, *filius Ana*, *filius Naas*, *regis filiorum Ammon*. Et erat homo in monte Ephrem, servus Salomonis; et nomen ejus Roboam, *filius mulieris fornicariae*, cui nomen Sarira; et dedit eum Salomon in principem scyala (super tributâ) super onera domus Joseph. Et edificavit Salomon ipsam Sarira. Et fuerunt ei triginta currus equorum. Hic edificavit arceum in oneribus domus Ephrem; hic conclusit civitatem David, et erat elevans se super regnum, et quærebat Salomon interficere; et timuit, et fugit ipse ad Susacim regem Ægypti, et fuit cum eo, donec mortuus est Salomon; et audivit quia mortuus est Salomon, et locutus est in aures Susacim, dicens: *Dimitte me. Et dixit ei Susacim: Petere aliquam petitionem, et dabo tibi.* Et Susacim deauit ipsi Roboam Ano sororem Thecemine seniorem uxoris sue, ei in uxorem. Hæc fuit magna in medio filiarum regis, et peperit ipsi Roboam Aiam. Et dixit Roboam ad Susacim: *Omnino dimitt me, et abibo.* Et exiit Roboam de Ægypto, et vendit in terram Sarira, quæ in monte Ephrem, et congregavit ibi sceptrum Ephrem, et edificavit valum. Et ægrotavit puer ejus aggratione validâ valde, et iuit Roboam interrogatore de puer, et dixit ad Ano uxorem suam: Surge, vade, interroga Deum de puer, si vivet de infirmitate hæc. Et homo erat in Selom, nomen ei Achia; et hic erat filius sexaginta annorum, et verbum Domini cum eo. Et dixit Roboam ad uxorem suam: Surge et sume in manu tuâ homini Dei panes, et collyridas filii ejus, et uvam, et vasculum mellis. Et surrexit mulier, et sumpsit in manu suâ hæc omnia ipsi Achia. (In textu Graeco nihil legitur de mutatione vestium, de quâ in Hebraeo et Vulgata.) Et factum est, veniente cùm in civitatem ad Achia Selonitem, dixit Achia ad puerum suum (vel ad filium suum): *Exi nunc in occursum Ano, et dices ei: Intra et noli stare; quoniam hæc dicit Dominus: Dura ego immuto super te.* Et intravit Ano ad hominem Dei; et dixit ei Achia: *Ut quid attulisti mihi panes et uvam, et collyridas, et vasculum mellis?* Hæc dicit Dominus: *Ecce tu abiabis à me, et eris, ingrediente te civitatem in Sarira, et puellæ tue egredientur tibi in occursum, et dicent tibi: Parvulus est mortuus. Quoniam haec dicit Dominus: Ecce ego exterminabo de Roboam mingentem ad partem; et erunt mortui Roboam in civitate, comedent canes; et mortuum in agro*

mentariis super Danielem, ad illud cap. 12 Dan. v. 1: *In tempore autem illo consurget Michael, has voces, tunc, in illo tempore, in diebus illis, et similia adhiberi in sacris litteris sine ullo ad superiora respectu.* Quod docuit Theophylactus in cap. 3 Matth. et Euthymius in ideum caput; Augustinus in lib. 2 de coensu Evang. cap. 6, ubi ostendit quomodo cùm Matth. cap. 3, actum esset de Christi infantia, de reditu nempe ex Ægypto post Herodis mortem, statim dicitur in principio cap. 4: *In diebus autem illis venit Joannes Baptista prædicens in deserto.* Idem docuit Chrysostomus, hom. 77 in Math., et hom. 26 in Acta, et iterum hom. 10 in cap. 4 Matth., cuius hic verba referam, quia valde in hanc sententiam opportuna. Mos, inquit, Scripturarum est, et utique celeberrimus, ut his verbis: *In diebus illis, non solum cùm ad præteritam narrationem aliud tempus adjungitur, verùm etiam cùm illa narrantur, quæ post multorum annorum spatia contigerunt.* Sed Dominus cùm in Oliveti monte resideret, et accedentes ad eum solliciti discipuli de captivitate Jerusalem, deque ipsius sciscitarentur adventu (et certè nostri, quæm grandi hæc medio dividantur) cùm de urbis subversione dixisset, jamque ad dicendum de mundi fine transiret, tunc, inquit, hæc, vel illa erunt: *Dicendo autem, tunc, non utique tempora, quæ plurimum erant discreta, conjunxit, sed illud tantummodo, quo eventura erant, tempus notavit,* dicens: *In diebus illis Non enim quasi continuò hæc secutura monstraret, hic posuit, illis, inquit, diebus, in quibus ista contiguntur.* Et comedent volatilia cœli: et parvulus plangetur: *Væ Domine!* quia inventum est in eo verbum bonum de Domino. Et abiit mulier, postquam audivit: et factum est ut intravit in Sarira, et parvulus mortuus est. Et exiit vociferatio in occursum. Et iuit Roboam in Sicima, et congregavit illuc tribus Israel. Et ascendit illuc Roboam filius Salomon. Et verbum Domini factum est ad Samæam Endam, dicens: *Sume tibi vestimentum novum, quod non intravit in aquam.* Et secunde illud duodecim scissuras, et dabis Roboam, et dices ei: *Hæc dicit Dominus: Sume tibi decem scissuras ad induendum te.* Et sumpsit Roboam, et dixit Samæas: *Hæc dicit Dominus: Super decem tribus Israel regnabis.* Et dixit populus ad Roboam filium Salomonis: *Pater tuus aggredit jugum super nos, et aggrevavit escas mensæ sue.* Et nunc allevabis super nos, et serviemus tibi. Et cætera quæ deinceps sequuntur in capite 12, 5, 6, etc. Post hæc, redit textus ad v. 25 capituli 12: *Edificavit Roboam Sichem in monte Ephraim.* (Calmet.)

Juxta quam regulam non necesse est statim, atque propheta dicitur esse occisus, morbus acciderit filii Jeroboami, et quæ hoc capite filo continent narrantur. Fortasse illud, *in illo tempore*, postrema verba refert præcedentis capitii, ut putat Abulensis quæst. 1, quasi dicat: *Cum impius esset, et idololatra Roboam, accidit ut ægrotaret ejus filius Abia. Ego de tempore nihil habeo certum affirmare;* illud mihi penè certum est longè post hæc tempora contigisse filii Jeroboami morbum et interitum, quod item putat Abulens. quæst. 1. Nam propheta interitus non longè aberat à decem tribuum imperio diviso, neque hoc ab eo tempore, in quo diviso pallio ab Ahiam Silonite Jeroboamo decem tribus assignata fuerunt: at eo tempore non videtur admodum ætate progressus Ahias, quando in agrum egressus est, utique solus, ut Jeroboam solum conveniret, remque totam absque arbitris secretò doceret: at quando de filii morbo à Jeroboamo consultus est, jam usque adeò senex erat, ut præ senectute videre non posset, quod proiectæ admodum ætatis argumentum est.

**VERS. 3. — DIXITQUE JEROBOAM UXORI SUÆ (1): SURGE ET COMMUTA HABITUM.** Nôrat, aut certè prudenter conjectare poterat, insensum sibi esse Ahiam Silonitem, à quo de imperio dissecito vaticinium accepérat, quia ipse gentilicos sibi fabricasset deos, et ad illorum cultura magnam Israelitici seminis partem adduxisset. Atque idem id maximè curavit homo cautus et solers, ne propheta cognosceret, cujus esset filius, de cuius valetudine petebatur oraculum, et quis ille foret qui valetudinis eventum nôsse vellet. Et idem artificio singulari usus est: allegavit enim uxorem, ut prophetam de sui filii morbo consularet, quod fieri posset patris occultato nomine, sub hæc nimis interrogatus formâ: *Quare à Domino, an filius meus, qui graviter nunc à morbo jactatur, ab illo sit liberandus.* Ubi certus proponebatur ægrotus, quia certa mater; neque tamen patris audiebatur nomen. Id vero per nullum alium commode discere potuisse, quia nemo certum aliquem proponere posset ægrotum, parentum suppresso nomine. At quia periculum erat, ne uxor cognosceretur Jeroboami, quod neque illi tutum foret in regione tunc temporis non admodum in Jeroboam affecta, quia non

(1) Hanc uxorem Septuag. Roman. asserunt fuisse sororem reginæ Ægypti natu majorem, eamque vocant Ano; Lucifer Calarit., de Regibus apostolicis vocat Annam. Ita Serarius et Salianus. (Corn. à Lap.)

omnibus illius consilium probabatur, neque aliquid à prophetâ fortasse audiret opportunum atque benignum, fecit ut illa habitum et incessum mentita, aliam se esse simularet. Quare regiam abjecit pompam et comitatum, plebeiam se finxit, et unam è multis, ut de infinitæ plebis adolescentulo sciscitari existimatetur oraculum. Hoc videtur fuisse Jeroboami consilium, ut ex parte conjectat Abulensis q. 2 ad q. 5.

**VERS. 3. — TOLLE QUOQUE IN MANU TUA DECEM PANES ET CRUSTULAM.** Hoc quoque signum erat feminæ plebeiae ac rusticæ, quæ secum ea portat munera, quæ petuntur è rure, et quæ ad rusticæ delicias comparari solent. Quis enim crederet illam esse reginam, quæ panes afferat et modicū mellis, quorum hoc ultrò ipsa afferat sylvâ, illi in tenui etiam familiâ deesse non solent. Pro crustula, Septuaginta posuere, *collaria*. Chaldaeus *placentas*, Hebr. *nebukim*, quæ vox punctatum aliquid significat, aut certè artificio aliquo pistorio, aut lineis aut variis rerum formis impressum, quod ad suas delicias adhibent rusticæ; quas Hispanorum vulgus *tortas pictas* appellat, translatio Hispanica *roscas* reddit. Dicuntur autem *crustulae*, aut etiam in genere *neutrali*, *crustula*, quia tenues plerūque sunt panes ad tabellarum, seu crustarum similitudinem, que ut ab artifice manu formas accipit varias, sic etiam opere dulcario aliquid habet admixtum, quod palatum mulcet et oblectet; qualia sunt quæ *artolagana* dicuntur, aut similæ oleo frixa. Certè crustula in neutrali genere aliquod habet secum irritamentum golæ, quæ pueris porrigi solent, ut plorare desinant, aut ut ad honestum aliquod studium allicantur. Sic Horatius lib. 1 Satyr. 4:

*Ut pueris olim dant crustula blandi  
Doctores, elementa velint ut discere prima.*

Quomodo autem ad prophetas, virosque principes ignobilior turba aliquid afferre soleret officii atque obsequii gratiâ, diximus lib. 1, cap. 9, ubi Saül cùm adhuc privatam vitam ageret, munera quædam obtulit Samueli.

**VERS. 4. — ABIT IN SILO.** Silo in tribu erat Ephraim, ex quâ natus Jeroboamus, et quæ in illius tunc erat potestate. Nihilominus puto minus in contribulementum Jeroboam affectos Silonitas, quia secum Ahiam haberent, qui causam Dei ageret contra Jeroboam et vitulos; et quia cùm ibi diu tabernaculum fuisse et arca, à verâ religione ad gentilicam insaniam difficileius potuerunt abduci. Atque